



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesisius**

**Sammieli, 1613**

De Sponsalibus, & quibus modis contrahantur Cap. 16.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

um, & Sacrilegium. vt si quis monachalem in vxorem duxerit. hęc ergo omnia impediunt matrimonium contrahendum, sed non dirimunt contractum.

*De Spōsalibus, & quibus modis contrahantur. Cap. 16.*

**S**ponsalia sunt \* promissiones mutue cōtrahētū, futuri matrimonij, signo sēfibili expressæ. Quæ quidem in omnibus casibus & impedimentis, in quibus matrimonium non potest fieri, nulla sunt, & ante septennium inualida. Quatuor solent fieri modis. \* Primo. Per absolutam & simplicem promissionem, sine conditione & nullo onere. \* Secundo. Per absolutam promissionem cum onere, vt iuramento, munere, vel onere aliquo accedente. \* Tertio. Per conditionariam promissionem, & est quadruplex, vt supra cap. 15. Quatuor



to. Fiunt per virtuales promissionem, nempe, cum duo impuberes, vel alter tantum, contrahunt de presenti, tunc enim non matrimonium, sed sponsalia dicuntur: anni autem pubertatis in fœmina sunt 12. in maribus 14. & ante nō est matrimonium.

*De differentiis matrimonii, & sponsalium. Cap. 17*

**T**res sunt differentiæ. Prima quod matrimonia clandestina sine testibus & parochis nullam habeant efficaciam; sponsalia verò clandestina à Conc. Trid. nō annullentur. \* Secunda, Matrimonium nō potest contrahi nisi post annos pubertatis contrahentium, sponsalia verò contrahi possunt statim post septennium. \* Tertia, Sponsalia solvuntur in septemdecim casibus; in quibus matrimonium indissolubile manet, sunt